



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Historia Missionis Anglicanæ Societatis Iesv**

**More, Henry**

**Avdomari, 1660**

Marmeducas Bovves. n. 36.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38320**

illos qui pacem suam ponunt in tuenda secessione quam fecerunt à recta fide rectilique Ecclesiæ Catholicæ moribus, & viam pacis (vt est apud Esaiam Prophetam) nescierunt.

XXXV. Alterum est ad quod avimum aduertere pretium operæ fuerit; Non cædem semper violentia laetum esse in Sacerdotes & Catholicos. Ut enim primis Ecclesiæ Christianæ temporibus fuere Imperatores & Iudices alij alijs sauiores, alij deinde mitiores; ita Elizabetha regnante, cum Apostolo meritò gloriari poterant orthodoxi in laboribus suis le plurimis, in Carceribus abundantius, in plagiis supra modum, in mortibus frequentius; Feruebat enim (vt in initijs pleraque) heresis, recenti odio incitata Mariæ Reginæ quæ omni conatu adlaborauerat labefactatam Henrici & Edwardi temporibus Catholicam fidem instaurare; tum etiam perflusione posse le vi & metu animos Catholicorum frangere, Sacerdotes ab instituto arcere. Mitius aliquanto egere Jacobus & Carolus si languinem spectes, quamquam & sub istis violenter nostris septem vita crepta est, & alijs pluribus; Catholici in fortunis grauiora perpessi sunt quam sub Elizabetha. Legibus etiam (quas octavo libro recensui.) vim suam obtinentibus liberum erat Iudicibus, quoties vellent, his contra quoluis agere, neque facile Reges quemquam qui in iudicium vocatus esset eximebant, cum palam refragari legibus, & Catholicis indulgere è re sua esse non iudicarent; aliquot Hinc Edmundus Arosmithæns Iudicis potius immanitate sublatus est quam Regis voluntate. Et postero die Catholicus alter pater familias; per causam quidem interficti apparitoris, quem nè tetigerat quidem, fugerat e. Richardus Hurst.

XXXVI. Memorabilectiam est illud quod noster Perceus scriptum reliquit in aduersarijs de Marmeduca Bowes. Hicetsi fortunarum feruandarum causâ Protestantium ritus frequentabat, habebat vxorem liberosque Catholicos, & ad hos erudiendos paedagogum domi Acatholicum (Catholicó enim vti per leges non licebat) Vxor in iudicium ea causa vocatur quod Sacerdotes domo recipere soueretque: Maritus pro vxore deprecatus sibi it le comitio, rogat Iudices sui misereri, velint & vxoris, neque legum penas exigere; esse le fidelem subditum; nihil domi agi quod perniciolem

Rrr

fit

1635.

sit; venire quidem aliquando notos quoddam ad vxorem viros, non tamen existimare le tales eos esse quales dicuntur esse. Aderat Pædagogus cum hæc diceret, & exclamat, probè nosse herum qui illi sint, cum eis omnem honorem exhibeat, & præ alijs in mensa, & extra mensam locet venerationis causâ loco honestiore. Iudex accusationem conferibi confessim mandat de Marmeduca Sacerdotum receptore, Ille in genua prouolutus orat, obsecrat, flagitat, lachrymatur, testes appellat circumstantes omnes qui cum quot Hebdomadis ritus communes frequentantem haud dubiè viderant. Nihil proficit; amandatur in vincula. Ingredieus carcerem, conspecta Catholicæ sibi notâ quæ ibi detinebatur, Heu, inquit, domina, En ego tua Religionis causâ ducor, cum Religionem illam haud hactenus sim amplexus! Intellexit sapiens mulier quid facto opus esset; procurauit illi congressum Sacerdotis; Ecclesiæ conciliatus & postridie plexus, sidera opinato citius, & illustri cum corona transcendent.

Ioannes  
Rigbey.

XXXVII. Celebris est actio Richardi Martini Iudicis quam Ioanni Rigbeyo intendit. Hic bono loco natus in famulatum se dederat viduæ Catholicæ; Hæc citata ut in Comitio de Religione responsura compareret, mittit Ioannem ut le ægritudinis causâ excusat, præstito de rei veritate iusteirando. Cui Iudex, quis tu es qui audes pro Papista iurare? & Ioánes, " sum vtique homo, & conditione famulus ) At præterea quid, reponit Iudex; Papista, an ex Protestantibus aut Puritanis quispiam, cuius ut deum Religionis? Vis templo nostra frequentare? " Nequam, ) Ita sane existimabam; Papista es, & quiduis poteris iurare, habes enim Sacerdotem semper ad manum quite absoluat. " Ego vero (ait Ioannes) non soleo iurare; neque habeo Sacerdotem qui me absoluat.) Tum rursus rogatus de Templis & communione. " Aliquot sunt, inquit, anni ex quo ritibus vestris non interfui, neque volo illis interessere, ad Cenam vestram nunquam accessi, neque accedam inquam, scio enim non esse Sacramentum; sum Catholicus? Credo quod vniuersalis credit Ecclesia ) Fuisse semper Catholicus?" Non semper, inter Catholicos tamen educatus; cumq; ad ætatem peruenisse aliquanto maiorem intellexi illam in quam deviarum viam non esse eam quâ ad salutem perueniretur. ) Vis iurare Reginam esse Caput Ecclesie? Tum Ioannes, scio quò tendat hæc quæstio; multis sunt quos illa perplexos reddidit; Ego certè non iurabo. ) Nos omnes iurauimus, si tu reculas, proditionis es reus, & læsa Majestatis. " Ego vero, inquit, fidelis sum subditus, non proditor: quod vos fecistis, aut alij, ad me non attinet; non iurabo. )

Quid si Papa inuaderet Angliam, ut Religionem vestram inuheret; cuius partes lequereris? Papæ, an Reginæ? " Ad hæc Ioannes, Vitæ, ut video, mæ insidiamenti; non est mihi tutum plura respondere. ) Digressi deinde ad alia, interrogant an eslet Sacerdos, an ordines suscepisti, an transfictas; quanquam ad singula responderet negando, (neq; enim se dignum existima-